

cum prioris amoris damno, matrimonia illi fraude geminatur: & rufum pro non optato connubio: septenni servitio subjugatur: cum fraudem patitur de mercede: cum post vi- ginti annorum mercenariam servitutem, occulta magis fuga, quam libera proficisciendi expeditione discedit: cum Laban persecutionem timet: cum fratri sui formidat occursum: cum delusam filiam suam Dinam perhorrescit: cum dilectissima uxoris Rachel funus dolet: cum dilectissimum filium Joseph acero funere consumptum a bestiis dolet, sine solatio sepulture: cum Benjamin, quem etiam consumptum odiole putabat, contulerat charitatem: & quem se non amplius esse visurum metuebat. **HIERO.** Cum periculis jam necesse est congregatur & certet, quem tempestas inter flumus inventit. Et quamvis nemo libens periculum patiat aut ferat, tamen sub pondere periculi cogente necessitate duratur. **INFIR.** Sed alia miliu[m] anxietas accedit, qua[m] mordacibus duplicitis, meos sensus involvat, & mordacibus curis, inexplicabiles curas imponat. Movet enim me, quod cum talibus tentantur, & cum tam obstinati morbi certamine mihi foli contigerit dimicare: cum alias noverim & minoribus plagiis esse correctos, & compendiosi luctamine extitisse victores. Cut mihi Dominus non cum ceteris certamen indixit? Cut mi non sicut ceteros castigavit? **HIERO.** Primo enim non debes in tam arduo certamine constitutus de humiliis cogitare. Inferiora sunt enim premia inferioribus pugnis. Ubi denique fortia fortibus imperantur, fortiori fortior munera sequitur census: & ideo ignominiam judicat, fortis cum inferiore componi. Magnus est enim qui vicerit magna: devotionis est maxima, maxima sustinere: ingentis virtus est, ingentia superare. Namque meritis eminentioribus excellit ceteros apud regem, quem plurimum turbaverit causa Bellorum, & reddiderint superata victorem. Adest denique prada, in ipso conflictu congruens qualitat[er] certaminis, merito destinatae victoris. Numero cætrensi pondera pro viribus regez imponunt: medici pro causis medelas impudent. Qui curandus est, non dicit medico qua lege curetur. Nec miles eligit quo mittatur: nec servus quo verbere castigetur. Quod enim ex majoris pender arbitrio, non est in potestate subiecti. Ergo qui superna regimur potestate, & inter mundi miseras multiformes corridenti versamus: nec nostrum est de potestate Domini, aut plaga elicere, aut alia certamina qua ferendo vincamus: sicut nec servorum est eligere de Dominis generi flagellorum. Nunquam enim ex arbitrio pendens pender licentia verberantur. Potestatis est emendare, conditionis est subiacere. Regis est onus impone[re], & militis est sustinere. Quippe cum & ab ipso rege nihil geratur iustum, qui suis legionibus pro virium qualitate bellicos fudores imponens, fortis mittit ad fortia: inferioribus competencia jubet, ut nec inferior contra proprias vires certamine potentioris arceatur: nec potentior inferioris certamine degradatus meritis humilietur. Et dum hoc agitur, ut nullus in alieno minoretur, aut certe succumbat, omnes cupit esse victores. Nec inimicus est medicus qui ferit, ut periculum tollat, & vulnere vulnus excludat. Nec adulterus paternus affectus, si liberos doceat amplexibus flagellorum. Paterna enim flagella exercitia sunt innoxiae pietatis. Ergo quoniam castigatio corrigens, amoris est causa, cum de pietate descendat: ama medicum percussorem, cuius plaga mater est medicina. Nihil enim impium pietas parit: ut virtutibus amplexis, fructum pietatis spiritualiter curatus includat. Ego, inquit Dominus, neccabo, & vivere faciam: percutiam, & ego sanabo. **INFIR.** Sed aisti: Ergo ferit pietas? **HIERO.** Ferit utique, ne impietas judicetur, si non corrigit delinquentes. Cum enim non desit in homine, quod curetur, ferit ut curat: ut sunt manus medici, que multa lacerando conferunt sanitatem, non sine murmure patientis. Hoc modo & nos sub cura ictus medentis, inter ipsas mortoris angustias, sic in Dominum murmuramus, ut in medium vulnerati, qui curantur & dolent. Aggregere igitur fratrem, aggredere sufficiens remedium, quo valeas gravidam tentationibus sarcinam levigare, & pericula dum patris superare. Jacentia membra animis rigidus consolentur & curer. Regnum teneat virus intra corpus anxiabitibus captivitatum: ut anima inclusa periculis vigeat ipsius libertate virtutis, que in conflictu tentationis, variis legalibus tubis jaduimus iusta est preparari: & in ipso vestibulo dominica servitutis, contra infetas calamitates armari. Fili, inquit, accedens ad servitutem Dei, ita in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem: Ergo cum tentatio nostris utilitatis progeretur, non est mirandum si nobis ejus ardor accidat: sicut beatissimus Petrus in Epistola sua moneret, ac dicit: Nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad tentationem vestram fit, ne excidatis inter varijs feculi fluctus. Frequentibus procellis Christiana vita quatitur atque tentatur, & pressuris innumeris latetur & crescat. Quod Solomon beatissimus Propheta & satis illustris testatur & probat: Conjungere, inquit, Domino & sustine, ut crecerat in novissima vita tua. Navigium vita nostre agitationibus gaudet: sola tranquillitate turbatur. Stuper enim curius, cellan-

## CENSURA EPISTOLÆ SEQUENTIS.

*Hec longius etiam absit ab Hieronymiana dictione, quam superiores, non abhorrens à stilo Tertulliani, quantum ex ilius fragmentis licet悼orari: est enim affectuorū & durisferū, etiam si gravibus sententiis. Ne hæc quidem ullius nomen prefereret, aut meminit, quod nūquam solet facere Hieronymus.*

## AD AMICUM AGROTUM.

**Q**UAMQUAM certissime noverim, experientiam tuam alieni consolaminis levaminibus atque remigis non indigere: cum langores ærumnasque languidi corporis, stuporemque membrorum rigentum, vigentis calentisque animi felicitate ipse confoveas, ac medica ratione cures atque componas: tamen inter adversa præsidium, inter morbos remedium, inter curas solatium, in flumibus alienæ manus remigium semper queritur & optatur. Pars est enim proculdubio maximarum medelarum fraternali consolaminis fructus: & fomes diotorum, dulcedine consolantum, levamen fessis animis introducit. Et si non corporeis in membris, recéssibus animi tamen & abditis: spiritu[m] studio componit hominem, & inserit ut medecus hospitatem, juvatico conamine exhaustuarum virium, sub longarum sarcina prefusuram: maxime cum scriptum sit: Frater fratrem adjuvans exalabitur. Ob hoc igitur quoniam dominicarum rerum religiosa necessitas ita me tenet occupatum, ut frequenter corporalis accéllus, ærumnas tuas illustrare non detur facultas: placuit sicut perisi, ut qualcumque solatio litterarum lenire tam longa tentationis virtutis, immo potius salutis commodum visitarem: & animum Christiana virtute fundatum in robur maximum promoverem. Qui regnum celstium prædam censumque muneres semper contendimus occupare, esse non possumus sine aliqua congreSSIONe victores. Nunquam enim delicata ac ignara certaminis virtus, victoria palmiferum culmen ascendi: aut præmium de subactis adversis accipit, qui victoria chario[n]em vilissimum judicat sui corporis vitam. Nec mortis enim concutitur metu, cui de morte vita nascitur. Preciosum est illi & languinem fundere: felicitas est cum infelicitate pugnare. Summa sanitatis est acerba vulnera sustinere: jaetum quoque ferre membrorum, opinatur maximum lucrum. Et quod est ultimum dicam, præclarum est illi in ipso certamine palmiferam creditori animam revocare. Melius enim est sicut ratio determinat, si quod natura debetur, virtute solvatur. Ferenda sunt frater, ferenda sunt igitur cuncta per quæ deo[m] afflictione longissima voluit experiri, & in magna premia destinare. **INFIR.** Quis animus, non jam submissis viribus ferat istos inevitabiles casus & perniciose calamitatis incursus, atque morbos infestos: quantum video

tibus ventis: periclitatur, si periculus non probetur. Incursum est enim utrum ad Dominum pertinet, quem preflora mater gloriæ ventilando non purgat, premendo non nutrit, castigando non probat, cedendo non curat. Nam cliv verbera nobis atque varia tentamenta amor divinus impendat, ac sicut medicus conferat remedium de contraria, & torquendo succurrat: non se probat ad amorem pertinere Domini, qui plagi medicinalibus non meruit subiacere. Sed forsan dicit: Si mens est amor Deus, cur me igitur amatoris mei flagella gravi laceratione mortificant, & lacerando conturbant? Si me amplexibus flagellarum torquet qui amat, jam partes odii falsus amor exercet: jam malo oderit, netorquet, in ea voce loquitur, dicens: Recedant à me iniqui, vias enim illorum scire nolo: quoniam lucernæ eorum extincta est, & genitum habebunt in vita sua. Erunt enim sicuti paleæ, quæ a vento volant: & sicut pulvis, qui à tempestatibus tollitur. Eorum vias non vult scire, qui viam omnino nolunt reatum recitare. Quod odium nativitatem humani generis ex Deo in hominem propagatur: Et ideo est hominis, quod odit aut irascitur Deus: odit dum offendit, irascitur dum non rogatur offensus. In odium enim sui provocat Dominum, qui factis odibilibus se odibilem facit, & offendens rogare contemnit. Ceterum amat Deus hominem, ut artifex fabricam: sed odit mala opera, quibus fabrica urget in lapsum, & cogitur in labinam. Et qui mala opera odit, mordacium operum non potest amare factorem: Sicut Solomon sanctissimus protulit: Odio sunt: inquit, Deo impius & impiecepti, recipit interitus & includit. Quos sicut in scopulos peritum navem tempestas impellit, sic infelix felicitas in interitus pronos & labiles ducit. Et sicut aliquem securis incisibus gradiente[m], repente casu, aut marmoris levitas, aut labina pavimenti subversa pedum tutela contortit; ita quos infelicitas duci secundarium rerum iterum incertum, vitaque male jucunda, neccles est in irrevocabilem lapsum subitanus casus impingat: sicut Solomon sanctissimus testatur, & clamat: Sicut, inquit, qui in pavimento cadit, sic casus malorum festinanter veniet. Hi sunt proculdubio, qui non meritent aliquid miseria ventilatis flagitationibus agitari, quibus aeterna agitudo nutritur, nec verberari cum sanctis Domino castigante, cum quo post flagella regnetur: quorum David hoc carmine flagitare mentionem: In cogitationibus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbiam eorum. Cernis igitur medicinali flagello immeritos despici, & meritos amicabiliter castigari. Parens enim omnium Deus, ut est medicus fidelis erga suscep[t]os, & genitor circa liberos suos, quos amat: sic ferit, ut corriga, non ut occidat. Ergo felix est qui vapulat, ubi amoris est plaga. Beatus quem superni verberis remedium curat, corrigit, emendat, atque componit: cum David beatus Propheta & satis illustris sic concionetur & clamaret, dicens: Felix quem tu emendaveris Domine, & de lege tua docueris eum. Ergo quoniam ex divino permisso, diversæ mordacitatis languoribus subiacemus, ac longa calamitate curandom gerimus vitam, in examen nostræ virtutis, praeditas olim miserias aquanimititer perferamus. Infelices ac multiplices casus, anxietates & fletus quos incurrimus natim, felicitate portemus. Nec mirandum est enim, quod malorum frequentum stragibus variis sic mortalium vita populetur in mundo, in quo nemo nascitur ridens, in quo nemo lumen vite nisi cum lachrymis auspicatur. Cum nos deinde matrem vulva tentorium ostenderemundo, flentes didicimus mundum: ut quasi malorum primis in primis lachrymis gustaremus. Solomon Propheta hac pronunciatione testatur: Ego, inquit, natu accepit communem ætatem, & in similius factam decidi terram: primam vocem similem omnibus emisi plorans. In involumentis nutritus sum & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatis initium. Unus est ergo omnibus introitus ad vitam, & similis exitus. Neccles est enim ut qui venerit, transeat, tibi vitam egerit peregrinam: maxime cum ita Solomon protestetur: Unus, inquit, introitus ad vitam, & similis exitus. Quid ergo prosperitas aut latititia potest nobis occurrere, ubi primo discessit flere, & inter ipsa cunabula nascientis infantiae, & in ipso vite vestibulo, nihil aliud novi de mundo quam fletus occurrit? Limina mundi cum fletu calcavimus, flebimus equidem transituri. O angustum & sat anxius tempus vita mortalis, ubi cum initio nominatur & finis, initium nostrum cum fine suscipimus. Jam captus est morte, qui natus est. Testes sunt mortui, cum non negant se morituri. Ergo quoniam ituri venimus, peregrinantur more quod

acciderit intra mundi hospitium, quasi transeuntes ferendo vincamus; mala imposita, bona devotione portata vincuntur. Pejus enim nocet malum, si male portetur: laedunt & ipsa bona, si male portentur. Ibi profecto solamen virtutis opus est ( sub contemplatione feliciter superne mercedis ) ubi sic desideratur finis & exitus vite, sicut in Pelago tute la portuens optatur. Quis enim inter anxietates vagantis scæculi seruans optat. Non magis mortem desideret, quam longam satis & languidam vitam, dicente Solomone: Melius est mors, quam vita amara: & requies æterna, quam languor perseverans? Et alibi: Melius est tibi mori: quam vivere. Mors enim omni homini dat requiem. Pro certo inter mala gravissimo necessario exitus sicutienter optatur. Sed sicut nec nostrum fuerit nasci, ita nec potestis nostræ est mori. Alioquin si in nostra potestate mori consisteret, esset in potestate non mori. Ad hoc inter nostras angustias mortis requiem flagitamus, quia inter mala de bono solamen est non tacere: navigantium more, quibus refrigerium est inter infestos atque sollicitos cursus loqui de securitate portuensi, ad quam etiam non licet quantum animus cupit celeros pervenire: juvatum tamen & sati pulchrum est, meliores partes optare. Sed quoniam nec nostra potestis est potiri melioribus, quæ de morte nascuntur, expectantes meliora, bonum interim geramus inter mala certamen. Bonum autem certamen est, malis non edere, sed mala virtutis bono portare, per quæ in meliora de morte nascientia, morbis arque morte carentia sublimati portemur. Sine ducatu enim atque morbi infelicitatis, in triumphos immortalis gloria non pervenitur: quia per discrimina conficitur cursus in portu. Primo triumpator non potest dici, nisi cui victoriam virtus invenit: quia omne quod timetur, sub se ceruit elisum, trahitque invicta captivum. Est interea facultum, ut est mare impatiens natura, & sine ventis inflatum, erigens scilicet in ipsa tranquillitate minaces atque terribiles fluctus, quod licet sefiores non noceant suos: habet tamen aliquid formidinis etiam innoxia magnitudo, nec navigantibus desunt formidines frequenter & iactus undarum. Nunquam denique gubernator totos sinus securus explicuit. Et in hoc mundo qui fragosum vite hujus & turbidum querimus cursum, malorum tangimur minis frequenter & causis: maxime quos intra regia caltra militia celestis signatos inclusit. Jam diximus facultum pelago comparari, in quo rara sunt prospera, densa sunt turbulenta, expavescit, timetur, morbi quoque non desunt: solus exitus securitatis est portus. Hinc atque illinc ingruunt calamitatis incursum infecta: sed usque ad portum, id est, ad exitum virtutis est tolerare. Inter pericula gubernator navem tuetur & servat. Inter calamitatem animus rector hominem gubernat & regit, quamvis aliquis periculis paululum temperatus navigum tractabile ducas: sed potius illa exspectatur, atque triumphis majoribus excipitur navis, quæ turbido flumine coacta in verticem fluctus potenter exsuffit. Hanc excipit profundum cum gaudio turba portuensis. Hanc excipit securitas triumphalis. Speciosus est miles in exercitu confititus armorum: squalus verò deformi virtute segnis & vacuis, qui in campo nec sibi est cognitus, ne alteri notus. Caret enim laudibus, caret & præmis. Et ideo nocium non debet esse periculum, ubi nascitur premium. Nec debet miles revocari, aut pati formidinem, ubi sequitur palma viatoria. Sua enim felicitate miser est, qui cum infelicitatibus, quibus gloria gignitur, nunquam meruit habere conflitum. Nec suam virtutem didicit; quem calamas non excusit. Semper denique inertibus membris, suarum virium jacet miles ignarus & ignorans sibi, qui nunquam bellorum calentium gloriosis astibus anhelavit, nunquam sudoribus triumphos inventum. Nec eum sequitur felicitas præmiorum, qui sarcinam gestare non vult armorum. Et ideo in usu debet esse quod præmium generat, & optabile quod gloriam parit. Ergo quoniam cum diversis tentationum jaculis dimicandum est nobis: si quid emerferit, quod vires examinet, quod membra concuat, quod animam prober: quas occasionem muneras arripiamus amplexus virtutis. Ita debet esse animi immobili virutus, atque mentis inconclusus robur invictum, ut est petra in mari, quam inter fluctus natura fundavit, quæ undarum tumultum collisione frequenti vapulat nec movetur. Itaque ubi hominem adversa in prælium provocat, & in certamen calamitas urgeat & cogit, animus felix virtutis clypeo producat armatum, præfecteque inter pericula tutum & securum, inter infelicia ostendat felicem, inter angores exhibeat latum,

inter mörbidas ægritudines sanum: efficiatque sustentia jactu, vieta calamitatem victorum. Superatur enim morbus in corpore, si discat animus sustinere: & ideo ubi corpus jact infirmum, in recessibus major alenda est virtus, parandumque quod nec lassitudine deciat, aut atas inclinet. Teneigitur frater, tene fidei robur invictum: tene munimen immobile Christianum, superni vigoris firmitate fundatum: inter langentia membra fatigisque rigentia, incolume validumque gressus fidei animaque scutum, & pigrum vicis moribus perniciemque languorem. Arietanibus malis, obicibus occurrere virtutis. Vince dum vapulas, sic enim potentia Christiana alitur incommodis, malis promovet adversis. Militie convenit Christiana excuti calamitatibus & probari. Ipsius est sub infelicitatibus & angustiis feliciter ampliari, sub pressuris adolefcere, & pressuras pubescendo calcare. Ipsius est exercitationibus crebris proprium nutrire munimen, & cum periculis habere certamen. Ipsius est ad portum perpetua felicitatis per furentia mundi discrimina navigare, & sub iactibus disciplina medicinalis, potenter ipsa ne cessare regnare. Nostrum est, inquam, calamitatis exercito in gloria falgitum sublimari, & malis premitibus, in bona premia promoveri. Apud nos infirmitas vel qualibet pressura, argumentum est potentia, & mater pro certo palmata virtutis: Sicut beatissimus Apostolus Paulus, inter variis iactus diversaque verbera & impetus procellos in morborum prælio constitutus; ut caelestis armiger in infelicitatibus potens, gloriatur & dicit: Libentissime itaque magis gloriabor infelicitatibus, ut inhabiter in me virtus Christi: propter quod libet mihi gloriari, in infelicitatibus, in contumelias, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis proper Christum: Cum enim infirmor, sub se ceruit elisum, trahitque invicta captivum. Est interea facultum, ut est mare impatiens natura, & sine ventis inflatum, erigens scilicet in ipsa tranquillitate minaces atque terribiles fluctus, quod licet sefiores non noceant suos: habet tamen aliquid formidinis etiam innoxia magnitudo, nec navigantibus desunt formidines frequenter & iactus undarum. Nunquam denique gubernator totos sinus securus explicuit. Et in hoc mundo qui fragosum vite hujus & turbidum querimus cursum, malorum tangimur minis frequenter & causis: maxime quos intra regia caltra militia celestis signatos inclusit. Jam diximus facultum pelago comparari, in quo rara sunt prospera, densa sunt turbulenta, expavescit, timetur, morbi quoque non desunt: solus exitus securitatis est portus. Hinc atque illinc ingruunt calamitatis incursum infecta: sed usque ad portum, id est, ad exitum virtutis est tolerare. Inter pericula gubernator navem tuetur & servat. Inter calamitatem animus rector hominem gubernat & regit, quamvis aliquis periculis paululum temperatus navigum tractabile ducas: sed potius illa exspectatur, atque triumphis majoribus excipitur navis, quæ turbido flumine coacta in verticem fluctus potenter exsuffit. Hanc excipit profundum cum gaudio turba portuensis. Hanc excipit securitas triumphalis. Speciosus est miles in exercitu confititus armorum: squalus verò deformi virtute segnis & vacuis, qui in campo nec sibi est cognitus, ne alteri notus. Caret enim laudibus, caret & præmis. Et ideo nocium non debet esse periculum, ubi nascitur premium. Nec debet miles revocari, aut pati formidinem, ubi sequitur palma viatoria. Sua enim felicitate miser est, qui cum infelicitatibus, quibus gloria gignitur, nunquam meruit habere conflitum. Nec suam virtutem didicit; quem calamas non excusit. Semper denique inertibus membris, suarum virium jactet miles ignarus & ignorans sibi, qui nunquam bellorum calentium gloriosis astibus anhelavit, nunquam sudoribus triumphos inventum. Nec eum sequitur felicitas præmiorum, qui sarcinam gestare non vult armorum. Et ideo in usu debet esse quod præmium generat, & optabile quod gloriam parit. Ergo quoniam cum diversis tentationum jaculis dimicandum est nobis: si quid emerferit, quod vires examinet, quod membra concuat, quod animam prober: quas occasionem muneras arripiamus amplexus virtutis. Ita debet esse animi immobili virutus, atque mentis inconclusus robur invictum, ut est petra in mari, quam inter fluctus natura fundavit, quæ undarum tumultum collisione frequenti vapulat nec movetur. Itaque ubi hominem adversa in prælium provocat, & in certamen calamitas urgeat & cogit, animus felix virtutis clypeo producat armatum, præfecteque inter pericula tutum & securum, inter infelicia ostendat felicem, inter angores exhibeat latum,

melius est supernæ disciplinae judicio humiliari, quam cum mundo damnari, dicente Apostolo: Cùm judicarim à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Ergo quod ex amore Domini nostræ utilitatibus prærogatur, sine mürmure sufferamus. Impeditur enim, ut à medico remedium, à Domino disciplina. Artis est medicinae aliquoties ignibus & ferro curare. Quid mirum, si Dominus nostrarum medicis animalium, turbinibus excutiat, morbis examinet, calamitatibus purget: Fortitudinis est nostra quasi per ignes & flamas valorum more purgari, quod scriptura divina testatur & probat: Vasa, inquit, figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et alibi inquit: Aurum & argentum & ferrum & plumbum, & omne quod per ignem transierit, emundabitur. Nunquid vasa dicunt figulo, cur nos arbitrio flammarum examinas, & incendiis coquentibus uris & probas? quæ nisi arbitri ignis judicio suo aptissime pronunciaverit, in usu esse non possunt. Nos quoque nisi tentacionum purgaverit judicium vel examen, nostrorum figulo membrorum inutilites invenimus, qui nos urit ut curret, tentat ut liberet, vexat ut salvet. Nihil enim tam inquinatum, tam sordidum, quod non à virtutis purgationibus expiatur. Sapientie vidimus sordidatos impropterio, venile in canadore, ferrumque situ obductum in antiquam faciem splendescere. Vidimus aurum argentumque flammæ disciplina purgari, & arbore truncatas cultu lætissimo reviviscere, amœnisque virgultis ornari. Vidimus in fecunditatene sterilia vocari, & exhausto stipe exire radicem, & frugem maximam comitari. Ita quoque in nobis, quod forte peccatis premitibus affutabat, quidquid macula squalentis veratatis obstat, hoc ægritudinis luce exclusum est. Et ideo se sanum frater permitat: regna perpetua victoribus collaturus? qui sic laboris precia contra quacunque mala pollicetur & dicit: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Et iterum: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerari esti, & ego vobis requiem dabo. Exiguum temporis peritura, eternitatis est precium. Devotio tribulationis reddetur, semper tertiis fructibus fecundata. Apud nos fœcum captivate regnum queritur, securitas periculis emitur, sudoribus requies comparatur. Nam virtus, inquit Apostolus, in infirmitate perficitur. Commodius est profectus affectibus languidi carnaliter agitari, quam sanis artibus supplicio caco conscientiam portare vexatam. Plerique enim peccatis ægrotant ex ipsa inanitate membrorum. Dum enim ab infelicitatibus vancant, morbia laxitate fluat necesse est corpus, atque lætali morbo solvatur, hominemque per vitia ac filius errorum nequerit sanum præcipitem ducat. Liberos tu judicas aut à morbis alienis, quos voluptates barbaræ devinxerunt? Non habent catenam, sed eos luxuria ferali mordacitate in vinculis tenet. Ita incidentur in laqueos feralium volupatum, sicut aves acupali fraude captiva: quia quo magis conantur evadere, eo innumeris se nexibus illigant, & in profundiores sinu demergunt. Profectus illi sani sunt, quos morbus involvit arque jaecit insanus. Incolimus vero est quem quilibet verbere corrigit Deus, qui se homini amorem castigando testatur. Quos diligo, inquit Dominus, redarguo & castigo. Et ideo se sanum non judicet, qui aut morbis, aut sordibus carer, nec infirmitati remedio convegetur. Illi vero sum miser, qui nimis felicitatis inertia tranquillitate torpescunt: quibus fucata sanitas ut fallat & decipiatur, adulatur: quod videbit eternam tenebit ægritudi, extero tortore totum hominem postmodum vexatura. His tantæ sunt via, quæ succurrerint voluptates. His iter est, quod comes libido periculis diuertatur peritura. Arrepti enim anfractibus vitorum trahentium, vario lapsi rotantur in interitum miserii, incertis viam non redditur: in exteriora tendunt animum more riyulorum, quorum nunquam regressus est in proprium fontem. Siquidem hanc vitam cui finis est comes, ut ipsi opinantur, proferitis cursibus ducunt: sed gradus in ultimi male omnino finitur, dum dure in novissimo statut. Et quid prodest per discrimina proferre cucurisse, si post cursum contigerit interire? Frustra denique navis per superbum pelagus & insanum amicis fluctibus commoda proferitate currit in portum, si cum naufragio periret, & peritum portus accepit. Commodius igitur est cuiuslibet ducatu perfutura ad portum gloriae perire, quam delicato navigio, morbi laxitatis peracto cursu, in pœnas exire. Sæpe itaque potiorest patupertas opibus, deformitas forma, contumelia laudibus, servitus potestate, imbecillitas viribus, libertate captivitas, humilitas dignitate. David illustris Propheta hujusmodi carmen exprefit: Bonum est, inquit, mihi Domine quia humiliasti me, ut cognoscam justificationes tuas. Ergo Tom. V.